



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLAT I O XIII.

Expositio doctoris Eckij, panem exteriora signa nomina
ri sicut accidentia, quo nam modo illud uult probare, Paulus
dicit de pane &c. de pane edere materiam exposcit. Vniuersa
scriptura nobis duo dumtaxat ostendit edulia, spirituale car-
nis domini nostri Ihesu, & corporale panis scilicet & alterius
corporalis cibi, uesti uero accidentibus a substantia nudatis,
litera sacra non docent.

Nec doctor Eckius satisfecit, neq; Matthaei dictum xxvi,
capite enodauit. Ammodo non bibam de hoc genimine ui-
tis &c. utcunq; enim se res habeat de promissione sequenti,
oportet ut præcedens uerbum respiciat atq; referatur ad illud
de quo eo tempore tractabatur, necq; decet aliter exponi quā
alijs scripturis, quas adhuc expecto.

D. ECKIV S.

In nomine tuo dulcis dñe Ihesu Christe. Contra conclusio-
nem meam de præsentia sacri corporis Christi, adhuc ob-
luctatur dñs meus doctor, aduersus panis transmutationem
inducens Paulū ter panem nominare, quod intelligi neque-
at de accidentibus panis. Et quum diuinus Paulus de manduca-
tione loquit, non potest nisi materialis panis manducari, qui
in scripturis non nisi duplex manducatio reperiatur. Ego ue-
ro, & si ad illa responderim ex mente regis Anglor, illamq;
scripturis probauerim, nihilominus ei clariss enumerabo, &
dico in diuino Paulo ad Corinth, per panē non intelligi pisto-
rium panem, sed sacrū Christi corpus sub specie panis, hic est
probior Christianorū panis. Hoc aut ut uerū sit, necq; illud ul-
lus Christianorū negare possit, testor per os Christi diuinum
dicens Iohann. vi. Et panis quē ego dabo caro mea est, auscul-
tate probifideles, quid Christianus sit panis, caro nāq; Christi
est. Hæc Dei uerba poterunt neq; cœlum, neq; terra, neq;
inferorum portæ euertere.

Luxta illud ultra notandum, Christum panem hunc pro-
mississe se pro mundi uita daturum. Si hunc Christus, qui &
ipsa

CONCLVSION PRIMA.

ipsa ueritas est, promiserit. Aq ergo promissa adimpleuit.

Et propter superabundantiam, panem non intelligere de pane pistorio, seipsum clare expōit, ubi eo in loco dicit. Qui cunq; manducat hūc panem & biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Ibi perpendite quem panem diuus Paulus intelligat, Christianorū diuinū panem sa- crū corpus dñi, cuius reus erit, quicunq; indigne manducat. At iam ita est, quum quis mādicationis reus sit, fit reus eius quod manducat. Quare hic efficaciter Paulus stat pro ecclesia Christiana, aduerlus omes illos uenerabile sacramentū ab ecclesia aūferre satagētes. Merito dñs meus doctor in Paulo legere debuisse, quo nā modo Christi uerba enumerasset, Hoc est corpus meū quod p uobis tradīt uel frangit, ex hoc mox uidisset, qualis nam panis in ecclesia fuisset Christiana.

Secundo inducit dñs meus doctor hesternā atq; hodiernā cantilenā ex uerbis Christi, Matth. xxvi. non cōtentus quod ipse uerba Christi (sicut diuī Ambrosij Chrifostomus) intellico, ex m scripturas exposcēs, met ipse ordinem quo me ligare tentat non obseruans. Ego enim uerba Christi accepto, ipse uero quem uelit ex priscis doctoribus eligat Chrifostomum, Ambrosium, Lyram, Hugonem &c. neminem, repetiet, contra sacramentū uerba Christi exponentem. Vt aut̄ omnes uideant, catholicā ecclesiam ueram fidem, uerumq; Euangelīum habere, inducam ei scripturas uerba Christi in Matthæo allegata, de nostro sacramento intelligi non posse, scripturæ supra memoratae sunt Lucae xxij. cap. quo in loco dilucide Euangelista tradit in esu agni pascalis Iudæorū dñm Ihesum dixisse. Desyderio desyderauī hoc pasca manducare uobiscum anteq; patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regnō Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit. Accipite & diuidite inter uos. Di co enim uobis, quod non bībam de generatione uitis, donec regnum Dei ueniat. Post hæc tandem Euangelista cōmīscit

K

COLLAT I O XIII.

institutionis huius sacramenti. Ex quo clarescit quum uerba
hæc dominus dixerit in coena agni pascalis Iudeor̄, & post
hac primum hoc uenerabile instituit sacramentum, non de-
bent ita præcedentia uerba in præiuditiū sacramenti illo mo-
do uiolentari. Ideoq; & dñe doctor adferte claras scripturas,
doctrinæ uestræ nouæ, quam Basileæ & scripsistis & docui-
stis, aut apud ecclesiam catholicam durate,

D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti probiq; Christiani indifferentes opus est, & pati-
entes aures habere, qui habet aures audiendi audiat, princi-
pio operæ pretiū duco genuinum ac uerum intellectū dicto-
rum ex sacris literis proponere. Doctrinæ uero & scriptis
Anglorū regis, breuitatis caufa, & ob dñor̄ meor̄ gratis
osorum decretum, me nihil implicabo, neq; opus esset toties
ecclesiæ nomen auribus meis inculcare. Cupio inq; cum ea
audire uocem ueri pastoris & sponsi Christi. Omnia allega-
ta doctoris Eckij dicta, adhuc non probat desinere panis ma-
teriam, sed neq; suam conclusionem firmant, quæ ita sonat.
Verum Cbristi corpus & sanguis eius præsentia sunt in sacra-
mento altaris, quam illum sic intelligere reor eque in pane ac
in cœlo esse, & si inuisibiliter ita ne est.

D. ECKIVS.

A Domino meo doctore de conclusionis meæ intellectu
interrogatus, ualde mihi peregrinū adparet nostrā con-
clusionem iam in quartū diem disputari, & iam primū queri,
qualiter ego eā intelligā. At breuiter, si Christi corpus quod
in cœlo est, opiner in sacramento esse. Dico quum nisi unicū
Christus corpus habeat, unum est corpus ex uirgine natum,
mortuum, in cœlo sedens, & in sacramento existens.

D. OECOLAMPADIVS.

Primo inductum est dictum Iohan. vi. cap. eius tenoris:
Panis quem ego dabo caro mea est, quem datus sum pro
mundi uita, hoc dictum talem in se habet intellectum, ipsum
met